



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 57. Ferdinandi Oratores cum Ludovico XII. de fœdere acturi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

§. LVII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1513.

*Ferdinandi Oratores cum Ludovicu XII. de fædere acturi.*

Hanc in rem Ferdinandus duos Fra-

*Guic. l. II.*  
tres Minores in Franciam ablegavit,  
amplissima instructos potestate. Horum  
opera ideo utebatur, ut non modo ejus  
consilia magis secreta essent, sed ut e-  
tiam, si forte hi Deputati non audiren-  
tur, ipse liberum sese excusandi prætex-  
tum in promptu haberet: verum Ludovi-  
cus XII. hosce Oratores perbenigne ex-  
cepit, ratus, se hac via Mediolani Duca-  
tum facilius recuperaturum, quapropter  
unius anni inducias pepergit, vi quarum  
neuter horum Regum toto illo tempore  
alteri damnum inferret, aut suos adver-  
sus alterum ad pugnam trans Alpes con-  
citat. His induciis Ferdinandus non  
modo Navarram ab hostium metu libe-  
rabat, sed semetipsum in regni hujus pos-  
sessione firmandi spaciū nanciscebatur;  
Rex vero Ludovicus pro parte sua haud  
exiguam finium suorum extensionem ab  
incursionum periculis eximēbat, atque  
post unius duntaxat anni moram suppe-  
tias, quas Joanni Albreto Fœderato suo  
debebat, ferendi opportunitatem asseque-  
batur, quin propterea cum suo damno  
vel minimam ditionem cedere compelle-  
retur.

Gg 4

retur.

Sæcul. XVI. retur. Ceterum ambo Reges hoc fœ.  
 A.C. 1513. dus mutuo paciscebantur, inscio penitus  
 Pontifice, qui post sanctam hancce socie-  
 tatem haud diu vita superstes fuit.

## §. LVIII.

*Ludovicus Principes fœderatos alienare conatur.*

*Hist. de la  
Ligue de  
Cambray t. 2  
l 4. p. 242. &  
fuiu.*

Jam antea Ludovicus Galliarum Rex consilia agitabat, quibus singulos Principes fœderatos ab armorum societate averteret: Præprimis enim Henricum VIII. Angliæ Regem ad id sollicitabat, qui tamen ejus Legatum nequidem audire dignabatur. Rex repulsam passus Papam convenit, sed nec ab illo benignius accepit responsum, & quamvis Anna de Britannia, quæ Sacrae Sedi continuo studio addicta videbatur, literis suo chirographo exarratis Julium ad pacis consilia inclinare tentasset, is tamen flecti nescius, ægre Nannetensi Cardinali, qui Papæ mentem explorare jubebatur, brevis colloquii copiam concessit: Unde Rex ad Helvetios sese convertere cogebatur, ad quos Joannem Jacobum Trivultium, & Ludovicum Trimollium decrevit, qui cum eis de novo foedere agerent. Hi, ut de successu certiores essent, ingentem eis pecuniarum summam offerebant, quam Mensarii acceptis literis argentariis nula